Universitätsbibliothek Paderborn

Corpvs Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

Appendix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

Visual Library

minum iudicijs condemnata fuerit: & palam teſtamur, nos Triden-
tinæ Synodo, quæ antea edidit decreta, partim palam falſa, partim
ambigua & ſophiſtica, non aſſentiri: ſed flagitare, vt de ijſdem re-
bus & audiamur, & errores antea confirmati decretis Tridentinis
emendentur. Et reuerenter oramus inuictiſsimum Imp. Ca-
rolum Auguſtum, ne permittat aduerſarijs, vt veritatem ſua autho-
opprimant, & crudelitatem quæ aduerſus innocentes exercent con-
firment, & maiora diſsidia iniuſtis decretis excitent. Com-
mendamvs autem & Eccleſiam & noſipſos filio Dei Domino no-
ſtro Iesv Chriſto, quem ſcimus voce Euangelij colligere ſibi æter-
nam Eccleſiam: & eum oramus, vt nos regat, nec ſinat ex-
tingui lucem Euangelij ſui, nec deleri ſinat
cœtus ipſum vere inuo-
cantes.

DEO GRATIA.

APPENDIX.

Rogamvs autem omnes, qui in vicinis Eccleſijs docent,
aut alibi, qui amplectuntur Confeſsionem Auguſtæ exhibitam Anno
1530. vt hæc legentes, ſi quid alicubi deſiderant, amanter nos mo-
neant, quia non voluimus aliud genus doctrinæ gignere, ſed ſimpli-
citer recitare illius Confeſsionis Auguſtanæ ſententiam, & commu-
nem conſenſum harum Eccleſiarum, & petimus vt candide & non ca-
lumnioſe iudicetur. Non voluimus noua diſsidia ſerere, ſed maxi-
me oramus Filium Dei Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,
crucifixum pro nobis & reſuſcitatum, qui precatus
eſt in agone ſuo, vt vnum ſimus in Deo, vt
faciat, vt nos quoq; in plurimis
Eccleſijs vnum ſimus
in ipſo.

FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN